



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Formalia desselben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1647.
Majus.

N. I.

1647.
Majus.Schwedisches Project des Braunschweig-Lüneburgischen
Equivalents.

Cum Celsissima Domus Brunovicensis & Lunæburgensis, pacis publicæ melius faciliusque stabilendæ ergo, cesserit Coadjutoriis Magdeburgensi, Bremensi, itemque Halberstadiensi & Ratzeburgensi, conventum est inprimis, ut pro recompensatione iisdem commodius faciendâ Episcopatus Osnabrugensis in posterum à Catholico & Evangelico Episcopo alternatim gubernetur: cui fini ante omnia inter Principem Francisc. Wilhelmum & dictam Domum Brunovicensem & Lunæburgensem jam convenietur, ut Status subditique Episcopatus Osnabrugensis (denominati erant à Suecis) 150000. Thalerorum millia moderno dicti Episcopatus Administratori Domino Comiti à Wafenburg ejusvè Mandatario, pro sui in eum juris renunciatione, Hamburgi biennii vel triennii spatio sine fraude & mora exsolvant, Interea verò temporis præfectura & oppidum, (insertum erat à Suecis Rechte,) ipsi loco Hypothecæ tradatur; Tum ut Capitulo & Statibus provincialibus dicti Episcopatus utrinque nova Capitulatione eaque uniformi & perpetua caveatur, præsentem Episcopatus statum in Ecclesiasticis & Politicis, singulorumque Statuum & subditorum Jura & Privilegia salva fore, & quæ præterea futuræ Episcopatus Administrationi, Statuumque & subditorum securitati utrinque necessaria videbuntur. Horum utroque ritè consummato, Princeps Franciscus Wilhelmus prior Episcopatum sub legibus conventis ad vitam retineat. Eo verò defuncto succedat iisdem legibus Princeps Ernestus Augustus Dux Brunov. & Lunæburgensis & hoc die designatus ejusdem Coadjutor. Quo mortuo liberum sit Capitulo Catholicum sibi Præfulem præficere. Eique decedenti vicissim Evangelicum sed non alium, quam è Georgii Ducis Br. & Lunæburgensis posteris, & quidem eo succedendi ordine surrogare; si plures sint Principes, è natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis verò existentibus natu minoribus sufficiatur unus a Principibus regentibus. Huic iterum Catholicus, Catholico Evangelicus substituitur, sed iterum à Ducis Georgii posteritate, quam diu fuerint superstites, illis autem deficientibus succedat Ducis Augusti posteritas, atque ita deinceps alternatione perpetua. Qui verò quolibet tempore Episcopus est, habeat Sessionem & Votum in Conventibus Imperii & Circuli Westphaliæ, gaudeatque omnibus aliis juribus ac prærogativis huic dignitati antehac competentibus, salvis provincialium juribus & privilegiis per omnia, prout specialiter expressum est in dicta Capitulatione, ejusdem valoris futura ac si de verbo ad verbum hic inserta esset: pro cuius insuper firmiori observantia, tam Sacra Regia Majestas Sueciæ quam Domus Brunov. & Lunæburgensis guaranda præstabunt. Deindè Monasterium Walkenriedt, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus Dux Brunov. & Lunæburgensis perpetuo feudi jure, eodemque ordine succedendi permaneat penes eosdem Duces Brunovicenses & Lunæburgenses, rejectis prætensionibus Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Honsteinensis. Tertio, eisdem Ducibus restituatur Monasterium Groningense, quod permutando & prædium Schauen, quod emendo ante pauculos annos acquisiverunt, reservatis etiam juribus, quæ dictis Ducibus in Castrum Westerburg competent: Nec minus infeudatio Comiti à Tettrenbach à Ducibus facta, eoque nomine inita leges, perinde ut jura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario Friderico Schenkio à Winterstedt in Westerburg competentia, facta tecta maneat. Quarto integra quoque sit Transactio, quam Duces Brunov. & Lunæburgenses de nonnullis Præfecturis & bonis cum Episcopo

Sechster Theil.

Egg 2

Hil-

1647. Hildesienſi Anno Domini 1643. pepigerunt: Sed ut omnis diſſidiorum viter oceasio, tollantur prætenſiones, quas dictus Dominus Episcopus ſibi & Capitulo de quibusdam reſervavit. *Quinto*, cum etiam Comites à Schaumburg à Comitibus Wunſtorffienſibus, qui Vaſalli Ducum Brunsvicenſium & Lunaburgienſium fuerunt, non nulla bona eorundem conſenſu jure pignoris acceperint, & Præſeturæ Schaumburgienſi, unde toti Comitatu nomen, incorporarint, poſtea vero Anno Domini 1573. die 10. Aprilis Ericus Dux Br. & Lunaburgienſis, ac Otto Comes à Schaumburg inter ſe pepigerint, ut ea bona apud Comites Schaumburgicos perpetuo permaneat, iis autem de- cedentibus ad Duces Brunov. & Lunaburgienſes revertantur: iſque caſus non ita pridem Ottone ultimo Comitum Schaumburgicorum fatiſ functo evenerit, illa bona omnia & ſingula, prout in prætaſta Transactione nomi- nata ac deſcripta leguntur, dictis Ducibus ſine contradictione reſtituantur. *Sexto*, quod attinet debitum a Friderico Ulrico Duce Brunovicenſi cum Ma- jeſtate Daniæ contractum, & per hunc in pacificatione Lubecenſi Sux Cæ- ſareæ Majeſtati ceſſum, poſtea que Cæſareæ Militiæ Præſecto Comiti Tyllio donatum: Cum moderni Duces Brunovicenſes & Lunaburgienſes ſe ad hoc debitum ſolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Regiæ Majeſtatis Succiæ inſtanter actum ſit, amore Pacis remiſſio & expunctio totius iſtius debiti dictis Ducibus eorum- que hæredibus vigore harum conceſſa eſt.

Denique cum Duces Brunov. & Lunaburgienſes Cellenſis Lineæ Capi- tulo Ratzeburgienſi pro ſorte viginti millium florenorum annuas penſiones uſque dum pependerit, alternatione vero jam ceſſante, ceſſent quoque an- nuæ illæ penſiones, abolito proſus debito. Si verò Duces Megapolitani utriusque Lineæ deceſſerint, revolvatur Episcopatus Ratzeburgienſis ad Du- ces Brunov. & Lunaburgienſes, Cellenſis & Calenbergienſis Lineæ, idque eo- dem jure, quo eundem Duces Megapolitani vi hujus transactionis poſſede- runt. Ducis etiam Auguſti duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico, & Ferdinando Alberto conferantur duæ primo vacantes Præbendæ in Episco- patu Straſburgienſi. Viciffim iidem Duces Poſtulationibus & Coadjutoriis in ſupra dictos Archi- & Episcopatus Magdeburgienſem, Bremienſem, Hal- berſtadienſem & Ratzeburgienſem pleniffimè renunciant; ita ut quæ circa hos Archi-Episcopatus & Episcopatus ſuperius in hoc Pacificationis Inſtru- mento diſpoſita ſunt, citra ullam eorum contradictionem effectum habere debeant, Capitulis utrobique Cathedralibus & Collegiatis in eo ſtatu per- manſuris, quo ſuperius conventum eſt.

§. XIV.

Kayſerliches
ſchriftliches
Project in
dieſer Sache.

Da nun die Kayſerlichen und Schwedi- ſchen Geſandten über dieſen Braunschwei- giſchen Equivalent-Punct ordentlich conferiren wollten; So ſetzten jene eben- ner geſtalt ein ferners Project darüber auf, wie die Anlage N. I. zeigt, welche ſie de- nen Schweden, und dieſe ſerner denen Lüneburgiſchen Geſandten am 17. Maji zur weitem Erklärung communicirten; Die Schweden approbirten in allen Stücken derer Lüneburgiſchen Geſandten darauf erteilte Erinnerung, auſſer, daß ſie we-

gen derer Schaumburgischen Stücke nicht in deren Senciments mit eintreten woll- ten, unter dem Vorwand, Heſſen-Caſſel opponire ſich außs äußerſte darwieder, und beſchwehre ſich, daß deſſen Satisfaktion ohnehin biſſhero ſo lautlich und ſchlãfferig ſey tractirt, auch faſt allen übrigen Pun- cten nachgeſetzt worden. Die Kayſerli- che Geſandten hingegen nahmen hierunter die Parthey des Hauſes Braunschweig-Lüneburg, und verſprach Bollmar außs theuerſte, in der nächſten Conferenz, durch

Die Schweden ſind denen Lüneburgiſchen, wegen der Schaumburgischen Stücke zuwieder.
Die Kayſerlichen hingegen aſſiſtiren ihnen darunter.